

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Viro optimo, domino Iohanni Spangenbergio, amico suo, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Senatus uestri. Nunc adeſt illuſtriſſimus princeps  
archiepiſcopus Meideburgensis. Aulicinarrat, du-  
cem Henricum Brunsuicensem duxiſſe exercitum  
ad N. urbem. Bene uale, & reſcribe. Quarto Maij.

J. Bobicher.

Cuidam amico.

Sæpe audiuiſti, gratitudinem eſſe uirtutē com-  
poſitam ex duabus p̄cipuis uirtutibus, ueritate  
& iuſticia. Veritas agnoscit & fatetur, unde fit  
acceptum beneficium: iuſticia reddit aliqua offi-  
cia. Qnōd igitur prædicas beneficia, quæ in te con-  
tulit Sabinus, uideo te amare & præſtare gratitu-  
dimem, quam uult Deus intelligi & coli, ut ipsius  
beneficia agnoscamus, & ipsum celebremus. Sabi-  
no ego tuo nomine h̄ic gratias egi, & tuas literas  
ipſi monstraui. Ei te charum eſſe, ex ipſo intellexi.  
Iſ tibi nulla in re defuturus erit. Vale, & reſcribe  
an has literas acceperis. Id officium pro meo offi-  
cio reddito. Patri tuo, uiro optimo, mitto pagellas,  
quas cures ipſi exhiberi. Die Marci.

Viro optimo, domino Iohanni Span-  
genbergio, amico ſuo,  
S. D.

Si Leonardus uester expectaſſet noſtrum redi-  
tum, & de ipſo & de negocio matrimoniali ei lite-  
ras dediſsem, Nam ipſi Leonardo opus eſt tua ad-  
monitione,

monitione, ut diligentius discat doctrinam Christiam.  
Mira est iuuentutis negligentia, in his tantis  
rebus cognoscendis. Sed nos, ut si quos possumus, ex-  
citemus, de causa matrimoniali respondimus. Am-  
brostio gubernati scholam, mittam hypodidascalos.  
Bene Vale, 14 Septembris.

Præstantissimo domino Ioanni Span-  
genbergio, docenti Euangelium in  
Northusa, amico suo,  
S. D.

Doleo exortum esse disfidium inter te & unum  
collegam. Neque dubito quin ea res magnopere te  
exerceat, intelligentem quantum officiat gloriae E-  
uangelij fama disfidij, et quos ludos præbeat aduer-  
sarijs. Colligerem autem omnia qua arbitrarer ad  
te consolandum prodeſſe, niſi ea tibi nota eſſe sta-  
tuerem. Multum in huiusmodi scandalis me cōſola-  
tur, quod ſcio eſſe ḥvaynūx lana, qua diabolus  
excitat odio Euangelij, ut deterreat homines à do-  
ctrinæ genere: & ut nos quoq; frangat, ne doceā-  
mus. Itaq; te contra has diaboli infidias erigere de-  
bes, & ingēti animo despicer has offendiones: et ta-  
men ratione etiam atq; arte mederi. Facile uincet  
aduersarium, ſi diſſimulatis iniurijs pergas docere  
ea que & utilia ſunt conſcientijs, & ornant gloriā  
Christi. Hoc enim doctrinæ genere retinentur au-